ciuiliter z ppterea nõ nocebat nepoti quominus potuisset succedere auo z conclusiue fuit dictum q̃ primo casu mors ciuil.i.exheredatio non habeat eundẽ
effectum quem habeat naturalis z propterea nonc̃q
parant̃.d.l.si ex ea parte.§.insulam.ff.de vbo.obli.
Secundo vero casu cum mors ciuilis.i. deportatio.
hẽat eundem effectum quem habet naturalis.d.l.
gallus.§. z quid si tantum.ff.de.liber.z postumbene
equiparatur naturali.d.§.pe.z sic primo casu nepos
excluditur secundo autẽ casu nõ. ¶ Secũdo principaliter facit tex.contra istam rel̃sionem.d.§. z qd
si tantum. Sed responde ex bijs que dicta sunt in responsione ad.§.pe. vt proxime dixi. Tertio facit.tex.
contra illud q̃ supra dixi.s.q̃ filius exheredatus habetur pro mortuo quo ad dapnum suum z suorum
descẽdẽtiũ tex.in.l.iij.§.si emãcipatus.ff.de contra
tab.vbi dicit tex.q̃ si testator habeat filiũ z ex eo nepotem z filiuꝫ exheredauerit q̃ nihilominus nepos po

terit succedere auo z sic ibi filius exheredatus habe
tur p mortuo naturaliter sed respondeo q ibi filius
exheredatus repudiauit querellam z sic nepos ha
bet eam ex psona sua ex eo q pater suus fuit exhe
redatus z sic per successorium edictum. de quo. per
Bar. z docto. in. l. si quis postumos. §. j. ff. de liberi.
z postu. z illud habebit locum q dictus neposconse
quetur hereditatem aui quando obtinuit in querel
la ex eo q filius non fuit iuste exheredatus vel ad
min⁹ posito q iuste fuit exheredatus non fuit proba
ta iusta causa exheredationis nos aũt loquimur quã
do filius fuit iuste exheredatus z dicta causa exhere
dationis fuit probata z sic nullo modo in effectu cõ
petebat querela z per consequens filius exclusus ab
hereditate patris attamen quia viuit naturaliter ob
stat nepoti z sic per predicta ẽ responsum ad primũ
fundamentum adductum pro parte prima affirma
tiua vbi prima facie videbatur q nepos filij exheda
ti potuisset in. d. tertio meliorari non obstãt etiam alia
fundamenta atque adduxi per que videbatur probari
q sicut quando filius non est succedebat nepos ita
quando erat sed exheredatus per §. sed nostra insti
tu: de succes. liber. z etiam illud q paria erant filios
non existere vel existere tales qui non possent succe
dere z multa alia similia que supra aduxi profundan
da prima parte affirmatiua quia illa sunt vera respe
ctu aliorum fratrum scilicet filiorum testatoris quia
sicut si filius iste exheredatus si fuerat mortuus viuẽ
te auo non faciebat alijs fratribus partem in legitti
ma ita etiam quando filius viuit naturaliter viuente
auo sed ẽ mortuus ciuiliter quia est exheredatus nõ
facit fratribus suis partẽ in legittima immo vtroq;
casu sua portio legittime accresceret alijs fratribus z
dicta fundamenta omnia trahunt doctores maxime
Jason ad istum propositum scilicet q filius exhere
datus habetur pro mortuo q̃ ad fratres in. l. plane
§. si duobus. ff. de lega. j. z sic quo ad comodum fra
trum frater exheredatus habetur pro mortuo natu
raliter sed quo ad dannum nepotum habetur pro vi
uo naturaliter l; sit mortuus ciuiliter per. l. si qs postu.
§. j. ff. delib. z postu. ¶ Ex supradictis facio regulã
cum extensionibus z limitationibus. ¶ Regula est
q si testator. habet filios z ex vno habet nepotem q
filio viuente tempore testamenti non potest auus re
linquere nepoti tertiã ptẽ suorum bonorum. d. l. ix. z
per ea que supra dixi. ¶ Extendo primo hanc regu
lam vt non solum habeat locum quando dictus filiã
us qui super est tempore mortis aui est a patre suo in
stitutus vna cum alijs filijs testatoris verum etiam
si talis filius qui precedit est a patre suo iuste exhere
datus. quia tunc nepos non erit capax dicti tertij per
dictã. l. si quis postumos. §. j. ff. de liberi. z postu. cuz
alijs superius allegatis: ¶ Secũdo extendo dictã.
Regulã vt non solum habeat locum quando dictus
filius remanet in seculo institutus verum etiam si in
grediatur ordinem illum qui saltez. est capax in com
muni. quia filius etiam talẽ ordinem ingrediẽs ha
bet ius prioritatis in gradu z omnia iura agnationis
d. l. deo nobis vt tenet Bal. in dicta auẽ. si qua muli
er. z sic hoc casu nepos cum precedatura filio tempo
re mortis aui non poterit habere dictum tertium. l;
talis filius etiam monachus poterit licite iuste z iuris
dicce meliorari vt supra probaui. l; videbatur durũz
ex eo q nõ filius: immo monasterium videbatur me
lioratum q dicta lex videtur negare. tertio extende
vt in. xviij. fallentia reperies ¶ Fallit primo dicta
regula quando filius qui precessit rempore mortis
aui erat deportatus quia tunc est mortuus ciuiliter
que mors ciuilis equiparatur morti naturali cum ha
beat cũdem effectum quem habet mors naturalis di
cta. l. j. §. pe. ff. de contra. tabu. nã hoc casu tal' nepos
succedit vna cum patruis suis fratribus sui patris
tam ex testamento quam ab intestato z sic sibi vtraq;
via debetur legittima sui patris ab auo pari mo
do poterit meliorari per ea q̃ supra dicta sunt. ¶ Fal
lit scõo dicta regula. d. l. ix. quãdo filiꝰ qui p̃cedebat
nepotẽ tpe mortis aui erat hereticꝰ: q; hoc casu bene
potent nepos meliorari in dicto tertio ab auo cũ ha
beat ius succedendi eidem auo z sibi debeatur legitti
ma ac si fuisset pater suus filius testatoris naturali
ter mortuus. d. l. cognouimus z aute. idem deneſtor
lauis ibi posita. C. de hereti. ¶ Fallit tertio: quãdo
dictus filius ingressus ẽ religionẽ ordinis mendican
tium seu fratrum minorum: quia tunc l; talis filius
precedat nepotem tempore mortis aui: ex eo q ordo
ille quẽ ingressus ẽ nõ põt aliq̃d habere nec̃ pticulari
nec̃ i communi habetur pro mortuo ciuiliter q̃ mors
ciuilis equiparatur morti naturali ex eo q habet eun
dem effectum quem habet mors naturalis dicta. l.
deo nobis. z sic nepos succedit in locum sui patris filij
testatoris qui talem religionem ingrediendo fecit lo
cum sequentibus in gradu vt admittantur ad porti
onẽ ad quã ipe erat admittẽdus si dictum ordinem
non ingrederet vt dixit Bar. in tractatu minoricã
rũ. lib. iij. distinctiõe pma. c. j. in fi. Sed vltra dictas
tres limitationes ad. d. l. ix. adde. alias. Fallit. d. l. ix. z
ārto q̃ dictus filiꝰ q p̃cedit nepotẽ z erat exheredatus erat in articulo mortis constitutus tempore mor
tis aui: quia tunc bene posset dictus nepos meliorari
ab auo. cum talis nepos non impediat a filio exhere

dato. z in articulo mortis constituto. quod probo se
quentibus fundamentis. ¶ Primo per illud q̃ not.
dicit Rapha. cuma. in. l. filius familias. §. cum qs.
in prima col. ff. delega. j. vbi ipe limitando glo. ibi. z
q communiter ibi dicunt doctores. dicit q illud est
verum. s. q quando aliquis est grauatus restituere
hereditatẽ si decedat sine liberis. q si decedat cuz li
beris. etiã exheredatis existentia illorum filiorum ex
heredatorum facit deficere conditionem fideicom
missi sit verum nisi dicti filij essent in articulo mortis
constituti: quia tunc existentia talium filiorum exhe
redatorum non nocebit substituto. ita etiam apparet
in presenti. q l; filij etiam exheredati excludant ne
potes a capacitate dicti tertij. illud sit verum nisi di
ctus filius exheredatus sit in articulo mortis consti
tutus ¶ Facit pro hoc quia qui laborat in extremis
habetur pro mortuo. l. si. in princi. ff. de manumissis
testa. ¶ Facit etiam quia propinqua potẽtia actui
reputatur pro actu. ita dicit Bal. in. l. penul. per il
lum tex. ff. de mili. testa. ¶ Facit etiam quia que in
continenti fiũt videtur inesse. l. lecta. ver. diccbã. ff.
si cer. peta. z. l. petens. C. de pactis. ¶ Secundo
principaliter facit tex. in. l. finali. ff. de condi. insti. vbi
dicit tex. q si filius est institutus sub conditione pote
statiua que vltimo vite spiritu non potest adimpleri.
z datus est sibi substitutus vulgaris. q si dictus fili
us est in articulo mortis conditione non impleta.
q tunc substitutus admittitur: quia cum filius est in
articulo mortis habetur pro mortuo z nõ est impedi
mentum substituto. sic dicamus in nostro casu. q si
lius precedens nepotez tempore mortis aui est in ar
ticulo mortis q non prestet impedimentum nepoti
quominus succedat auo. ¶ Tertio facit glo. in. c. j.
ver. mutuã. episcopum vel abbatem. que dicit. q qui
libet in articulo mortis efficitur mutus. ¶ Quar
to facit quia l; quicquid acquirit filius acquirit patri
l. placet. ff. de acquiren. heredi. z. l. j. in principio. ff. si
quis apart. fue man. tñ quando pater est constitutus
in extremo vite si filius tunc acquirit non acquiret
patri. tex. ẽ no. i. l. fi. i fi. C. õ bonisq; lib. p quem tex.
ita dicit Bal. i. l. si. i terminis illi⁹ legis. ff. de cõdi. i
sti. z Frã. õ are. i cõsilio. clxj. i. iiij. col. in fi. z. d. Jasõ
i. l. qñ indignũ. ad si. C. de testa. ¶ Sz certe cõtra
istã limitationẽ videt facere illõ q̃ tenuit Bal. in. l.
si. in principio. in vltima col. C. de bonisq; liber. vbi
ipe dicit. q si sit delata aliqua hereditas vel successio
filio famil. z talis filius laboret in extremis vite. q ta
men pater cuius nomine potest in illo instanti addire
hereditatem z agnoscere bono posse. sed responden
do poteris dicere q Bal. in hoc nõ bene dicit: quia
reprehenditur per Fulgo. z moder. ibi. Et cum re
prehendit Jason in dicta. l. quoniam indignum. ad
si. C. de testa. vbi refert se ad dicta per Bar. in. l. fi
nali. in. ij. col. ad finem cũ sequẽ. ff. de cõdi. insti. Se
cundo facit contra hanc limitationem inter. in dicta. l.
finali. ff. de condi. institu. vbi dicit tex. q si filius est in
stitutus sub conditione potestatiua que nõ potest im
pleri in vltimo vite spiritu z filius sit in articulo mor
tis constitutus. q tunc talis filius succedit patri ab
intestato in illo instanti ante q̃ moriatur z non succe
dit nepos auo: immo filius succedit patri. z sic succe
dendo transmittit hereditatem paternam ad filium
suum ex potentia suitatis ecce ibi casuz in quo adeo
nepos non succedit auo quando siꝰ filius cum prece
dit quando viuit. verum etiam quando est positus
in extremis vite. z sic videtur nõ posse procedere hãc
limitationem. Sed sustinendo possumus respondere
vno de tribus modis. ¶ Primo: quando filius
fuit a patre solum institutus z sibi non est datus
substitutus: quia tunc verum est q ipe filius nõ im
pleta conditione potestatiua facit deficere institutio
nem z sic testamentum patris z consequenter pater
moritur intestatus. z cum ipe filius sit in prima au
sa successionis tanq̃ proximior succedit patri exclu
so nepote: vtpote i gradu remotiori. sed in casu pre
sentis limitationis auus filium exheredauit ex iusta
causa ingratitudinis. nepotem vero instituit in legit
tima filij eumq; meliorauit in tertio. z sic cum fili
us sit in extremo vite cõstitutus nõ potest nocere ne
poti: neq; ex testamẽto cum sit exheredatus: neq; ab
intestato cum nepos sit institutus. z q̃diu est locus
successioni ex testamento tãdiu cessat successio ab in
testato. l. ante q̃. C. cõmunia. de successio. ¶ Secũ
do respondeo. q ibi in dicta. l. finali. agit̃ de succes
sione intestati. hic vero in nostro casu agimus de suc
cessione ex testamento. scilicet quando dictus nepos
fuit ab auo institutus z meliorat⁹. Sz ista secũda
respõsio in idẽ videt̃ q̃ si recideret cũ p̃ma. Ideo tñ
de z tertio: q: i. d. l. fi. filiꝰ. fuit tñ istitutꝰ vt dixi i p̃ma
rñõe. z ꝓpterea ipedit nepotez. l; i casu nr̃o. filiꝰ fu
it exheredatus z nepos substitutꝰ. z propterea filio vi
uẽte adhuc poterit. d. nepos tanq̃ substitutꝰ succede
re auoiã mortuo adhuc viuẽte filio: l; i extremis vite
constituto. z hoc ꝓbat dicta. l. si. que dicit. q viuente
filio in mortis articulo constituto admittitur substi
tutus. z ẽm istam tertiam responsionem possumus
extendere istam limitationẽ z dicere. q adeo filio po
sito in extremis vite tempore mortis aui potest auus
nepotez instituere in legittima parte filij. z cum me
liorare nõ solum dicto filio exheredato: sed etiam in-

stituto qđ esset notandum si verum esset. sed non credo hoc esse verũ: quia dicta.l.fi. hoc nõ probat. imo probat contrarium hoc modo: quia dicta.l.fi. dicit q tũc demuz. substitutus vulgaris datus filio succedit filio viuente z in articulo mortis constituto quãdo filius fuit institutus sub conditione potestatiua que vltimo vite spiritu nõ potest adimpleri: ergo quando instituitur. pure etiam si filius sit in extremis. duz tamen viuit z nõ repudiat nõ admittitur substitut⁹. z sic concludo q solum dicta limitatio habebit locum quando filiꝰ est exheredatus z in articulo mortis positus. z nepos est institutus z melioratus existẽtibus aliis filijs testatoris. tũc nepos admittatur tam ad institutiõem q̃ ad melioratione. z in his terminis scilicet in filio exheredato loquitur Rapha. cuma. in dicto §. cũ quis. secus tamẽ est quando filius ẽ institutus iz sit in extremis tempore mortis aui: q tunc nullo modo poterit neqz institui neqz melioran. d. nepo. etiam si dictus filius sit institutus sub cõditio. potestatiua q̃ nõ potest adimpleri in vltimo vite spiritu attenta dispositiõe noua per. l. quoniam in prioribus vbi omnis cõditio tollitur de legittima de quinto tñ nulla tollit conditio. per tex. in. l. scimus. §. cum aũt. C: de inoffi. testamento. hodie tñ de iure partit. etiaz in quinto nõ potest apponi conditio casualis vel mixta: sed tñ potestatiua. vt habetur. vj. pti. ti. iiij. l. xj. q̃ incipit. Libremẽte z sin nullo gñ agrauamento ꝛc. Sed circa istam limitationem preteritam videmodo Jaso. in. l. non tantum. C. de legat. z per ea que ibi ipe dicit tenebis cõtra z ad allegata supra potest responderi ex hijs que dicit Jason in. l. diuortio. §. interdum. in vltima colum. ff. solu. matrimonio.

¶ Fallit quinto dicta. l. ix. quãdo testator qui habet plures filios z ex vno habet nepotem filio instituto z meliorato qui precedat dictũ nepotẽ substituat aliis nepotem patri suo eidemqz filio vulgariter: quia tũc filio repudiante legittimam z prelegatuz seu melioratione3 post mortem aui veniet dictus nepos ad dictam legittimam z melioratione etiaz si pater suus cũ precedat tempore mortis aui. Et ratio ẽ: quia substitutio vulgaris potest fieri in legittima. z per cõsequens in tertio melioration⁹ ter. est vbi hoc tenet Pau. de ca. Fran. cõ arc. z. d. Alexan. in. l. si postumus. §. qõ vulgo. ff. de liber. z postu. vbi pro hoc allegant predicti docto. tex. in. l. si filius heres. ff. co. ti. z in. l. si. ff. de condi. insti. facit etiam tex. qui hoc dicit in expresso in. l. cũ patronus. vbi Pau. de cast. hoc tenet ibi expresse. z ibi sentit Rapha. cuma. ff. deleg. j. facit illud qõ tenet Bar. in. l. lucius. §. marius. ff. ad trebelli. Pro quo facit etiam illud quod dicit Bar. in. l. j. in princi. in prima col. ff. de vulga. z pupil. substitu. vbi ipe dicit. q vulgaris ex eo sic nominatur: quia cuilibet z a quolibet fieri potest. de quo idem dicit text⁹. vj. parti. titulo. v. l. j. hoc idem tenet Pau. de cast. scilicet q in legittima potest fieri vulgaris substituo. in. l. quoniam in prioribus. in. ij. col. C. de inoffi. testa. z Jason in. l. si pater. in. penul. col. C. de insti. z substitu. sub condi. fac. facit quia substitutio que non affert grauamen potest fieri in legittima. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. z in tex nostro latiꝰ dicitur z substitutio vulgaris non est grauamen. ita dicit Bal. in. l. humanitatis. in penulm. carta. in. §. Secũdo queritur si testator ita simpliciter dicit ibi. Quia directa substitutio non est grauamen. z videt sequi. d. Alexã. in. l. gallus. §. qdãrecte. in. iij. col. in prin. ff. de liber. z postu. hoc etiam dicit Bal. in. l. si arrogator. in. vj. oppo. refert z sequitur ibi Jason. in. v. col. in fi. ff. de adopti. bene facit qõ dicit Bal. in l. sed z si sub cõditiõe. §. si seruũ cõmunẽ. z ibi Jo. ũ imo. ff. de here. insti. z q dicta substitutio vulgaris nõ sit grauamen. patet per argumentum a sufficienti diuisione q est validum in iure. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. z obliga. l. cũ hij. §. si pretor. ff. de transac. z in. §. in bone fidei. insti. de actio. quia aut filius in legitttima institutus cui datus est vulgaris substituꝰ adiuit aut repudiauit: aut neqz adiuit neqz repupiauit: sed deliberans mortuus est. Primo casu nulla fit iniuria filio per patrem: neqz eidez a patre aliquod infertur grauamen propter dictam substitutionẽ vulgarem: quia addeũdo excludit substitutũ. l. post additã. C. de impub. z alijs subsli. Secundo casu quando repudiauit similiter non inducit grauamen dicta substitutio posito q substituꝰ prefe ratur heredibus institutis: quia etiam si filius institꝰ nõ habuisset substitutum non transmisisset hereditatez patris ad suos heredes. ex eo qz repudiauit neqz ex potentia suitatis. vt no. Bal. in. l. vnica. C. ũ bijs qui. ante ap. tab. vbi dicit ipe. q exheredatio fui heredis elisa per abstensionem non operatur hereditatis trãsmissionem: neqz ex beneficio dicte. l. vnice. vt dicta. l. vnica. ibi. Si tamẽ hereditatẽ non recusauerit. Tertio casu quando filius deliberans mortuus est: eodẽ modo nullum patitur grauamen per dationem substituti vulgaris: quia sicut si filio nõ fuisset datus alius substitutus filius deliberans infra annũ mortuus transmittit legittimam ad suos heredes ex beneficio. l. cum antiquorũbus. C. de iure deliberã. ita eodem modo eam transmittit ad suos heredes. dato q habeat substitutum: quia iz ipe filius non sit heres: ex eo q nõ adiuit hereditatẽ patris. secꝰ tñ aliꝰ

heredẽ. z sic successores suos. l. paterfami. ff. ũ here. insti. l. iij. C. de heredi. insti. z in. §. fi. insti. eo. z trahit Bar. vbi docto. in. d. l. iij. z in. l. j. i prin. effectu substitutionis vulgaris. vbi etiam moderni. ff. ũ vulga. substi. z sic nullo horum trium casuum talis substitutio vulgaris inducit grauamem. z per cõsequens potest fieri in legittima z in tertio bonorum testatoris per viam melioratonis. posito q dictum tertium sit legittima. ¶ Sed certe videtur q talis substitutio. inducat grauamen. z sic q non posset fieri in legittima. vt no. in dicta. l. ex tribus. z est tex. in dicta. l. qñ in prioribus. z habemus tex. in presenti. vbi in suo loco deo dante dicetur qõ probatur. nam dato substituto vulgari videtur filius institutus sub conditione si voluerit esse heres. q patet quia substitutus substituitur sub hac conditione si filius noluerit esse heres dicta. l. iij. z per consequens filius videtur institutus sub contraria conditione. scilicet si voluerit cẽ heres cũ eius sit velle cuius est nolle. l. velle. cum similibus. ff. de acquiren. here. z hec conditio si filius voluerit esse heres tanq̃ inducẽs grauamẽ reijcitur ipo iure de legittima per. l. qñ in prioꝛ. ſm Bal. Salicc. Pau. de ca. z Jaso. in dicta. l. qñ in prioribus. z q talis conditio. scilicet si filius voluerit esse heres inducat grauamen. ꝓbatur quia si dictus filius sub tali conditiõe institutus moriatur. anteq̃ declaret se velle esse heredem non transmitteret dictam legittimam ad suos heredes. l. si ita legatuz. §. illi si vollet. ff. deleg. j. qõ ẽ grauamẽ. vt dicũt predicti docto. in dicta. l. qñ in prioribus. Sed subsumendo idem q supra dictuz est. scilicet q dicta substitutio vulgaris non inducit grauamen. z per consequens potest fieri in legittima z in tertio vt fit substitutio pupillaris que est prouisio. z ꝓpterea potest fieri in legittima dicta. l. ex tribus. possumus sic respondere supra dicte obiectioni: q aliud ẽ q filius instituatur sub hac conditione si filiꝰ voluerit cẽ heres. Aliud vero quãdo substitutus substituitur sub hac conditione. si filiꝰ noluerit esse heres: q primo casu iz ante. l. qñ. in prioribus. valebat talis institutio cum erat facta sub cõditione potestatiua per. l. suus quoqz. in principio. ff. de here. insti. z per tex. in. l. iij. C. de insti. z substi. sub condi. fac. hodie tñ non valet tanq̃ inducẽs grauamen. vt supra declarau per dictaz. l. quoniaz. q ẽ secus in secũdo casu. z sic in casu nostro quãdo filius in legittima instituto aliquis substituꝰ vulgariter sub hac conditione. scilicet si filius noluerit esse heres: q talis conditio cum non sit posita in persona filij imo in persona substituti. si filius decedat anteq̃ declaret se velle esse heredem bene transmittit ex eo q pure z non sub conditione sit institutus cum in persona filij nulla fuit apposita cõditio: immo simpliciter est facta. z per consequens est pura. l. cum qui. balẽ dis. §. finali. ff. ũ verbo. obliga. Ex quo patet q nullum inducit grauamen. z sic potest fieri in legittima z eodẽ modo in tertio. Ita tenet z respondet Pau. de ca. in dicta. l. qñ vbi ipe dicit. q conditio si filiꝰ voluerit esse heres reijcitur de legitti. sed vulgaris substitutio nõ quãdo est facta per hec verba. si filius nolucrit esse heres: quia non videtur filius institutꝰ sub conditione. scilicet si voluerit esse heres. vt tenet substiliter Fran. de are. in. l. j. ff. de vulga. substi. quez refert z sequit. Succinꝰ ibi in. iij. q. ꝓncipali. in. v. col.

¶ Fallit sexto: quando nepos substituit fitto in suitate ſm consilium galli. de quo in. l. gallus. in prin. cũ octo. §§. sequentibꝰ vsqz ad. §. nunc de lege velleya. vsqz ad. §. etiam. in hoc exemplo. cum ego haberem plures filios z ex vno haberem nurũ pregnãtem. instituo filios meos heredes. z sic dixi. si filiꝰ meꝰ viuo me moriatur z nepos quẽ spero hẽre ex tali filio meo post mortem meam infra. x. menses proximos mortis mee nascatur eum heredem instituo vel substituo: cũqz in tertia parte meorum bonorum meliore. nam hoc casu est facta substitutio de filio in nepotem ſm consiliam Galli quo casu cum filius moriatur viuo auo testatore tempore quo nascatur postumus pr̃ eũ non precedit. z sic obtinet primuz locũ in suitate vna cum auunculis vel patruis seu amitis vl materteris suis: z sibi ẽbetur legittima que patri suo debebatur. l. postumoꝛ. ff. de inuisto testamento. z dicta. l. gallus. in prin. ergo potest sibi relinqui p aliud dictum tertiuz. z differt ista substitutio a substitutione de qua in quinta limitatione supra. prima in hoc: quia prima substitutio fit in hereditate que fit etiam filio emancipato. hec vero substitutio de qua loquimur i presenti fit i suitate q̃ substituto fit filio suo z de nepote q spatur effici suus. ¶ Fallit septimo quãdo nepos substituitur patri filio testatoris ſm consilium Velley. in primo capite. de quo loquitur tex. in dicta. l. gallus. §. nũc. de lege velleya. vsqz ad. §. etiam. in hoc exemplo. instituo filios meos heredes z nepotem quem spero habere ex vno filio: ex eo quia vxoꝛ sua nurus mea est pregnãs substituo patri suo filio meo hoc mõ istituo filios meos heredes. z si cõtingat q filius meus me viuo moriatur. z nepos meus post mortem filij mei me etiã viuo nascatur cum heredem instituo seu substituo. z talem nepotem melioꝛo in tertia parte meoꝝ bonorum. nunc si filius me viuo moriatur: z nepos post cuius mortem nascatur me auo etiaz viuo tunc cum tempore mortis mee re

pertatur tenere locuz patris sui. z sibi debeatur legitima que patri suo deberetur si non fuisset mortuus tempore mortis mei aui nimiruz si sit capax dicti tertij. z differt ista limitatio a superiori in hoc quia in superiori nepos nat⁹ est post mortem filij z aui: quia ita loquitur consilium galli. l. gallus. in principio. hec vero limitatio loquitur quando nepos natus est post mortem patris: sed in vita aui. naz sic loquitur Uelleyus in primo capite supplendo ad gallum ex suppletione Seculo. l. vt dicto. §. nunc de lege velleya.

¶ Fallit octauo dicta. l. ix. quando nepos substituitur patri ſm consilium velley. in secundo capite. de quo in dicto. §. etiam. vsqz ad. §. ille casus indifficilis. vt est videre in hoc exẽplo. Habeo filios z ex vno filio habeo nepotem tempore testamenti. dico sic instituo filios meos heredes: z si forte contingat filium meum martinum me viuo mori instituo filium suum iohannẽ nepotem meum in legittima parte dicto filio meo competenti si mihi superuixisset. z dictum nepotem totem meliorẽ in tertia parte meorum bonorum tũc si filius me auo viuo de medio per mortem subducatur nepos cũ subintret locum patris erit capax legittime. z per consequens dicti tertij. z differt iste casus a superiori: quia in superiori casu nepos natus fuit post mortem filij. vbi habet locum primum caput legis velleye. iste aũt casus presens loquitur quando tpe testamenti aut filius z nepos erant in rerum natura. z sic hoc casu nepos fuit nat⁹ filio viuẽte de q̃ loquitur secunduz caput legis velleye dicto. §. etiam. z sic iste casus non pertinet ad consilium galli: quia illud habet locum quando nepos nascitur post mortem aui hic vero quando natus fuit auo viuente nequz pertinet ad primum caput legis velleye. quia vt dixi illud habet locum quando nepos nascitur post mortem filij dicto. §. nũcde lege velleya. vt fuit dictũ in limitatione supra proxima: pertinet igitur ad secũduz caput dicte legis. vt dicto. §. etiam. z supra dixi.

¶ Fallit nono dicta. l. ix. quando substitutio de nepote ad filium fit ſm consiliumz suppletiones iuliani. de quo in dicto. §. ille casus indifficilis dicta. l. gallus. vt est videre in hoc exemplo. habebaz filios z ex vno filio sperabam habere nepotem: eo quia nurus mea erat p̃gnãs. z dixi sic. filios me⁹ heredes instituo z si contingat filium meum me viuo mori z nepotez ettiaz me viuo nasci: talem nepotem heredem instituo cumqz in tertia parte meorum bonorum meliore. nam cum tempore mortis aui nemo precedat huuc nepotem: ex eo quia pater suus viuo auo fuit mortuus sibi debetur legittima. z per consequens tã q̃ habeat ius succedendi potest per auum relinqui tertium. z iste casus differt ab omnibus alijs tribus de quibus in tribus proximis limitationibus sum⁹ locuti nam differt a primo casu introducto ſm consilium Galli: quia illud habet locum in nepote substituto filio qui nepos nascitur post mortem aui. Nepos iste de quo loquimur in presenti nõ est huiusmodi: quia nat⁹ est viuo auo. differt a secũdo q̃ secũd⁹ casus loquitur de nepote nato post mortẽ patris qui nascitur suus: quia nemo eum precedebat tẽpore natiuitatis. de quo loquitur primũ caput legis velleye. sed iste nepos non est huiusmodi: quia iste nepos de quo loquimur natus est viuente patre suo. z sic non nascitur suus i tẽpore natiuitatis sue cũ alius cũ precedebat scilicet pater suus. differt etiam a tertio casu: quia ille loquitur de nepote qui erat natus tempore testamenti. iste vero nepos de quo loquimur in p̃senti non est huiusmodi: quia tempore testamenti nõ erat natus. z sic differt a secũdo capite legis velleye. qõ habet locum in nepote nato tempore testamenti.

¶ Fallit decimo dicta. l. ix. in hoc casu pono q̃ testator habeat plures filios. z ex vno habet nepotem z filios suos heredes instituit. z vnum vel vnam de filiabus suis meliorauit in tertio suorum bonorum q̃ vel que erat pupillus vel pupilla z eidem pupillari ter substituit dictum nepotez. contingit q̃ mortuo testatore mortuus est pupillus seu pupilla infra pupillarez etatem. certe hoc casu dictus nepos etiam si p̃cedatur a patre suo tempore mortis aui cõsequetur dictum tertium in preiudicium suorum patruorum.

¶ Facit pro hoc primo: quia dicta substitutio pupillarꝫ ẽ directa. l. fzsi plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. substi. z sic est prouisio filij cum per eam succeditur pupillo z per eam moritur cum testamento. l. patris z filij. ff. de vulga. z pupil. substi. z institu. codez titulo. in p̃incipio. z sic potest fieri in legittima. l. ex tribus. C. de inoffi. testamen. l. papinianus. §. sed neqz impuberis. ff. de inoffi. testamento. z. l. si arrogator. ff. de adoptio. l. precibus. C. de impube. z alijs substitu. z. c. si pater ꝺ testam. lib. vj. z per consequens potest fieri in tertio Iz sit legittima.

¶ Secundo facit quia vt dixi. Ista ẽ substitutio pupillaris. z in hac substitutione veniunt omnia bona ipius pupilli. non solũ ppria Iz etiã yndecũqz sibi quesita. d. §. ad substitutos. z potest pater substituere quẽcũqz etiã extraneum. d. §. sed neqz impuberis. z. d. c. si pater. dicta. l. finali. C. de instit. z substi. sub condi. fac. nimirum q̃ possit substituere. d. nepotem. Iz sit extraneus.

¶ Tertio: quia auus prohibetur relinquere tertiuz suoz bonoz nepoti qui precediture a patre. vt probat dicta. l. ix. ibi. De sus bienes. sed quãdo nepos

substituitur patruo vel auunculo suo. z consequitur per dictam successionem. d. tertium iam non dicitur illud habere ex bonis aui sed ex bonis patrui cui substituitur qõ patet quia dictus filius testatoris cui ẽ facta dicta substitutio pupillarꝫ ꝺ nepote adeũdo hereditatẽ patris: vel consequendo dictum tertium. iã fecit hereditatem paternã z tertiũ suum. z sic non dicit dictuz tertium dari dicto nepoti de bonis aui: sed de bonis filij cui est facta substitutio pupillaris. dicta. l. patris z filij. z insti. de pupil. substi. in princ. z q̃ per additionem bona non dicant̃ amplius ipius aui: sz filij pupilli adeuntis est glo. in. l. j. §. victores. vbi doct. ff. de acqui. posse. glo. in. l. heres per seruum. vbi etiam moderni. ff. ꝺ acqui. heredi. z in. l. hereditatiũ. ff. de acqui. re. domi. z in. l. cius qui in puincia. in vltima parte in verbo hereditat. z ibi Bar. z alij. ad hoc nota. ff. si cer. peta. est tex. nota. in. l. sed si plures. §. filio. ff. ꝺ vulga. z pupil. substi. melior tex. in. l. j. §. preterea. ff. de sepa. bono. z tex. est de hoc melior ꝺ iure instit. de here. qua z diffe. in prin. z. §. j. instit. qui. ex cauis. a. Iz vel nõ. z sic si dictus nepos habet dictum tertiũ. illud habet de bonis patrui. z a patruo videt̃ habere z non de bonis aui: neqz ab auo videt̃ habere immediate. z sic cessat ratio. d. l. ix. ibi. s. De sus bienes. Quarto facit: quia Iz aliquis sit prohibit⁹ succedere alicui ex legis dispositione nõ prohibetur succedere alteri etiã ex dispositione illius cui prohibitus erat succedere. tex. est singularis in. l. si is qui. ff. de vulg. z pupil. substi. z illa lex est singularis z non reperitur alibi ſm Bar. Bal. Ange. z modernos ibi. z bal. eam redit singularẽ in. c. solicitudinẽ. in vltima col. ꝺ appella. z Ange. in. l. ij. C. de here. instit. ita dicamus in presenti. q̃ Iz nepos nõ sit capax dicti tertij ab ipo auo sibi relinquẽdi ex dispositione. d. l. ix. tñ nihilominus potest illud habere ab alio. i. a patruo ex dispositiõe. s. aui pupillariter substituentis cui nõ poterat nepos succedere in dicto tertio si precedebatur a patre suo tempore mortis aui. neqz obstat. q̃ possit quis dicere imo. d. l. si is qui. facit in oppositum in eo q̃ dicit. q̃ ille qui nõ poterat succedere testatori põt succedere alij ex dispositione testatoris: dum tamẽ bona q̃ venerũt ad illuz cui ille sic ꝓhibitus succedit ab illo testatore non veniãt ad prohibitum. z sic q̃ ita dicamus in nostro casu q̃ posito q̃ dictus nepos prohibit⁹ habere tertiuz ab auo succedat patruo suo p pupillarem substitutionẽ ex dispositiõe aui nõ debet habere bona que peruenerũt ad dictum patruũ. s. filiũ testatoris ab ipo auo cum eidem ꝓhibeat succedere nepos. z sic q̃ dictus nepos neqz habeat legittimaz neqz tertium. que ꝓuenerũt ad ipm patruũ pupillũ ex bonis pris aui hui⁹ nepotis. Quia ad hoc possumus respondere: quia ibi ille qui prohibetur succedere testatori erat in omnibus incapax z omni tempore erat prohibitus succedere. vt filius spurius vel naturalis tantum. z ne fieret fraus legi. phẽbiti. ne tali naturali vel spurio relinquatur: q̃ est incapax in odium sui z relinquentis. sed hic nepos si est incapax nõ est incapax in odium sui vt relinquentis. sed p eo tñ q̃ preceditur a patre suo tẽpore mortis aui. z sic cuz spurius nunq̃ succedat patri directo z in bonis suis eodem modo ꝓhibet̃ succedere per mediam p̃sonã z hoc ẽ vt dixi ad euitandaz fraudem als posset fieri fraus legi. l. nõ dubiũ. C. de legi. secus ẽ in isto nepote: quia Iz sit ꝓhibitus habere dictũ tertiũ nõ ẽ ꝓhibitus semp: quia bene potest auus illud sibi relinquere in casibus superi⁹ allegatis.

¶ Et si forte iste nepos repudiauerit bona paterna. venit etiam. d. nepos ad bona que auus reliquit dicto filio pupillo ex quadaz tacita substitutione vulgari comprehensa in expressa pupillari. l. iam hoc iure. ff. de vulga. z pupil. substi. l. q̃uis. C. eodem titulo.

¶ Fallit vndecimo. d. l. ix. quando filius qui precedebat tẽpore mortis aui erat penes hostes captus: z postea post mortem aui ibi ꝺ cessit: quia tunc tali nepoti bene potuit auus relinquere dictum tertium in preiudicium suorum patruorũ qõ probatur. nam vt dixi. illi cui competit ius succedendi cõpetit ius consequendi. d. tertium per dictaz l. ix. ibi. Que ayan derecho de heredar. Sed sic est q̃ dicto nepoti etiam qui precedit̃ a patre tempore mortis alij: qui tamen pater erat tũc temporis penes hostes. z ibi decessit competit ius succedẽdi. qõ patet: quia illi competit ius succedendi cui competit ius rumpendi. l. j. in princi. z. §. penul. z. l. illud. §. j. ff. de contra tab. z est tex. melior de iure in. §. etiam adoptiuos. n. isti. de here. que ab intesta. desin. sed sic est q̃ tali nepoti competit ius rumpendi. l. si quis postumos. §. si filium. ff. de liber. z postu. ergo competit ius succedendi. z per consequens debet sibi competere ius consequendi. d. tertiuz si sibi fuerat relictũ ab auo per verba posita in dicta. l. ix. ibi. Que ayan derecho de heredar. Et ratio huius limitationis est hec: quia eo ipo q̃ iste filius qui nepotez precedebat tempore mortis patris: eo ipo q̃ mortuus est penes hostem fingitur mortuus tempore quo fuit captus. z sic viuente testatore. l. pater. in principio. ff. de capti. z post limi. reuc. l. penul. §. finali. ff. de vsuca. z p consequens iste nepos a nemine precedebatur tempore mortis aui. z sic bene potuit a dicto auo meliorari p. d. l. ix.

¶ Duodecimo fallit casu quo pr̃ habuit plures filios z ex vno nepote filios instituit heredes

Universidad de Deusto Biblioteca

z nepoti relingat dictuz tertiũ contemplatione filij sui quo casu tale relictum dicitur profecticiũ. vt tenet gl. ordinaria in.l.cũ oportet.in pn.in verbo ex substãtia C.de bonis q̃z liber.per tex.in.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulga.z pupil.substi.facit tex.in.l.pfecticia.in prin.ff.de iure doti.z sic acquirit patri suo filio testatoris.l.placet.ff. de acquiren.heredi.z.l.j.ff. siquis a patre fuerit manu. non solũ quantũ ad vsuz fructum:sed etiam quantum ad proprietatem: quia in profecticijs nil est hodie immutatum firmat glo. Bar.z docto.i.l.j.C.qui.admit.z in.l.is qui heres. §.fi.ff.de acqui.hered.z in.l.fi.ff.quis ordo in bono. posse.serue.Hoc tamẽ ẽ intelligendũ verũ q̃n pncipaliter datur contẽplatiõe filij eidẽ nepoti fm Salicc.in.d.l.cũ oportet.in pn.z si aliquis dicat quando dicemus q̃ auus relinquit nepoti contẽplatiõe filij ad hoc vt filius in totum acquirat potes respondere: quãdo si auus non erat alis relictur nepoti nisi respectu filij.i.ad filij vtilitatem.ita dicit Bal.in.d.l.cuz oportet.q̃ presumitur fm Bal. ibi si ipius filij marita precesserũt z nulla ipius nepotis.vel forte potest dici q̃ in dubio si nepos erat in potestate filij videtur auus non alias relinquere nisi cõtẽplatiõe filij.z hoc per quandam doctrinã quã ponit mirabiliter Pau. de cast.in.d.l.cũ oportet.iu pn.vbi tenet.q̃ censetur datũ aliquid contemplatiõe filij.quando datur p illum qui habet magis notam personam filij q̃ nepotis allegat.l.sociũ.qui in eadẽ.ff.p socio.sed sic est q̃ auus habet magis notaz personã filij q̃ nepotis p tex.in.l.si viua mr̃e.C.de bonis mat. igit.sed certe ista ẽ vna doctrina nimis generalis:qua attempta semp potuisset auus relinquere.d.tertiũ nepoti:ergo quia magis habet auus semp notam personaz filij q̃ nepotis vt experientia docet.z posito q̃ dicta doctrina fuisset vera ꝓcederet in alijs terminis.s.quãdo ille qui dat vel relinquit filio alicuius nõ est auus: sed ali extrane z in bijs terminis videt log Pau. de ca.z non quando relinquẽs est auus illius cui relinquit pmaxime q̃ ẽ multuz periculosa dicta doctrina.ita generaliter assumpta vt videt ibi sentire phili.corne. quapropter ego magis credo verã doctrinã Bal.ibi dicẽtis. q̃ tũc dicat relictum cõtẽplatione filij:qñ auus nõ erat alias relictur nepoti.d.tertiũ nisi cõtẽplatiõe filij sui:q̃ pumit si solus filij merita precesserũt z nõ nepotis. z sic q̃ relinquat auus ad vtilitatẽ filii:q̃ tũc bene poterat auus tale tertiuz relinquere nepoti cum tũc p hoc videatur auus meliorare dictum filium in dicto tertio:ex eo quia fuit illõ tertium ꝓfecticiũ.z p cõsequẽs in totũ acgrat filio p d.nepotẽ.qõ ẽ intelligẽdũ veruz fm bal.in.d.l.cum oportet.qñ.d.nepos erat in potestate filij. naz si esset emãcipat nõ videt datum nepoti vt acquiat pri filio testatoris:qz hoc nõ patit rõ ciuilis:z ideo residet penes nepotẽ p regulaz Juliani q̃ dicit ei acgri cui de iure acgri põt.l.adhuc.§.questiões.ff.de vsufructu.qõ sequit Pau.de ca.z cozne in.d.l.cum oportet.z p cõsequẽs eidem nepoti hoc casu nõ potuisset auus relinq̃re tale tertiũ.z sic.d.l.ix.sine dubio ꝓcedet in nepote emãcipato. Fallit.d.l.ix. tertiodecimo qñ testator habẽs plures filios z ex vno nepotez postq̃ disposuit de qnto suoz bonoruz instituit filios heredes.z vitra,ꝓcedendo dixit sic.Instituo nepotẽ meũ heredẽ eũq̃z meliozo in tertia pte meoz bonorũ cũ cape possit: qz hic si tẽpore mortis aui ẽ.d.nepos capaxtã legittime q̃ tertij:z vt qz pr eius tũc tempozis erat mortuus valebat institutio z meliozatio pt sinã capacitatẽ quã bz tpe mortis aui lz illã nõ habuit tpe testi.z hoc p tex.in.l.in tẽp.ff.de here.instit. l.si ita qs in testõ.ff.dcie.ij.z.l.si is q̃ heres.ff.de vulga.z pupil.sub.facit i sũ: qz lz spurio a pre nil põt relinqui.auẽ.ex cõplexu.z no.in.l.ij.C. de here.instit.i l.j.C.de natu.libe.z in.l.fi.co.ti.late bar.in.l.fi.ff.ꝺ bijs qui indig.cautela est q̃ pater instituat filiũ spuriũ cuz cape poterit q̃ institutio valet.d.l.in tẽp.z ẽ glo.in.l.sicut.ff.qui.mo.vsusfructus aui.nã tũc pẽdente cõditiõe petet institutus bonoz posse.fm tab. lij.§.si sub cõditione.ff.de bono.posse fm tab.sed ista nõ ẽ tuta cautela fm bar.veronensem in cautela lxiiij.tutior tñ cautela ad institutẽdũ filiũ spuriuzẽ fz eum ibi hec q̃ pater in testamento dicat qualiter est cõtẽtus q̃ filius suus etiã post mortẽ suã possit legitimari qm̃ tũc ppt cõsensuz pris etiã eo mortuo poterat.d.fili legittimari z succedere pri ẽt extãtib filijs alijs legittimis z naturalib.vt no.bar.in.l.gall.§.z qd si tm̃.i vlti.col.ff.de liber.z postu.z postea dicat ego instituo filiũ meũ spuriũ cũ cape poterat nã tallis institutio facta sub tali cõditione valet z subdit ibi bartolome.q̃ cõit bij q̃ hũt filios vl cõiunctos rebelles quos vellent heredes instituere ne fiscus succedat dicũt sic instituo talẽ si z qñ pueniat i gr̃az dñi qõ est bñ notãdũ fm eũ ibi ꝺ cautel aũt quib pt põt aliqd relinq̃re filijs spurijs.vide Bar.in.l.fi.ff.ꝺ bijs q. vt indlg.z Jason in.l.ij.C.ꝺ here.instit.vbi logt salt remittiue.Bart.vo in caute.lxiiij.vbi ponit.xiij. cautelas:lz nõ approbz nisi vnã.vt ibi poteris videre duo vltria vba volo q̃ scias i hac mã.Primũ ẽ q̃ lz ꝺ iure cõi pt posset filio spurio relinq̃re aliqd p alimẽtis tãtũmodo.c. cũ bẽret.illud ꝓcedit in spurijs simplicit secus tamen est in nephariis z incestuosis fm Bal.iu auẽ.ex complexu.C. de incest. nuptis

z ita ibi limitat.d.c.cum haberet..sed certe contrarium videtur sentire Jo.Jmo.in.l.ex facto.§. siquis rogat.in.v.col.ff.ad treb. q̃ ẽ equi.fm q.d.c. cuz habẽt.nõ bz locũ nisi in terris subiectis eccle z non in alijs.ita tz Jo.de imo.in.d.§. siquis rogat.in.v. col.vt ite ꝓdicta.qñ lex loquit p verbũ nature. refert zsequit.d.Alex.in tertio volumine/cõsilioz.consilio. lxxxj.incipi.cũ pmũ dubiũ.vt.z dubitat.glo.per no. in.c.ñ.vbi gla.de arbi.lib.vj.z in.c.ij. de reg. iuris. eo.lib. Certum ẽ notãdũ in hac materia.nã habem q̃ qñ testator bñs filiũ spuriũ cuius põt relinquere.d.auẽ.ex cõplexu. si aliquẽ extraneuz instituit heredẽ.z eum rogat tacite.vt.d.hereditatẽ restituat d.filio spurio heres tacite accomodauit fidẽ testatori de restituẽdo spurio hereditatẽ q̃ tũc dicta hereditas debet fisco.vt trahit Bar.in.l.ñ.in.ij.coll.ff. de bijs q̃bus vt indig.in.l.j.C.de natura.libe.z late in cõsilio suo incipiente. Dñis dominic magistri.cum alijs cõcordãtijs traditis p.d.Alex.in.l.hereditas. C.de bijs q̃b vt indig.q̃ hoc casu iste heres qui ita accomodauit fidẽ tenet in foro cõcietie restituere talẽ hereditatẽ fisco.z eã non potest rettinere ꝓ se neqz spurio restituere qõ patet ex eo: qz tenẽdo dicit male fidei possessor.l.cum qui.ff.de bijs quib: vt indig. si male fidei ẽ z omne q̃ nõ ẽ ex bona fide peccatuz ẽ c.ñ.de prescriptio.notat Bar.in.d.l.ñ.in.ij.col.ver. quero qd ꝺz facere fm consicentiaz.ff. de bijs quib. vt indig. refert z sequit Babtista trinomala in sua summa que rosella appellatur.in verbo filius.in.iij. col.in v.quero qd debet facere fm consicentiam tc. Fallit.d.l.ix.quattuordecimo.p cuius limitationis euidẽtia pmitte pmo.q̃ sicut officiuz paternuz ẽ dotare filias.l.fi.C.de dotis.pmis.l.qui liberos.ff.ꝺ ritu nuptiarum.z.l.obligamur.§. lege.ff. de actio. z obliga.ita etiaz officium auitũ ẽ dotare neptem.l. dedit dotez.ff.de colla.bono.l.z ideo.§.fi.ff.de in rẽ verso.l.iulianus.§.sed z si filt.ff.ad maccedo. z.l.ꝓ fecticia.§. si filius fami.ff.de iure doti. z pbat tex.in d.l.qui liberos.cũ appellatiõe liberoz.cõtinent etiaz nepotes.l.liberoz.in prin.ff.de verbo.signi.hoc tñ intelligas q̃ officiũ auitum ẽ dotare neptem qñ pater nõ bz bona ex quibus possit dotare filiã suã tunc bene expectat ad auum onus dotãdi: sed qñ pr bz vnde filiũ suũ possit dotare auus nõ tenetur sed eius pr fm Bal.z Sali.in.d.l.fi.C.de dotis.pmis.Bal.z Jason in auẽ.res que.vbi Jason in.xiij.col.cõmuni delega.Bal.in.l.pater.per illum tex.cum glo.ff. de euict. Salice.in.l.si filius in idez.ff. ad maccedo. refert z segt Frã.ꝺ are.in cõsilio.xvij.incipiẽte. Lõ ideratq̃ diligẽtissime.in.viij.cal.v.venio igit ad q̃stũ.z.d.Alex.in.l.fz z si plures.§.i arrogato.in.i.col. ff.ꝺ vulg.z pupil.sub.z Frã.ꝺ arc.in.l.q i aliena.§. interdũ.in.iij.col.ff.ꝺ acq.here.z hoc fundat rõne z auctoritate.nam dos succedit loco legittime z alimẽtoz vt.l.tucio cẽtũ.§.tucio generuz.ff.de condi.z demõstra..ideo.n.dat dos vt inde alatur mulier z marit ci onera sustẽtet.l.ꝓ oneribus.C. de iure doti.l.dotis fruct.ff.eo.ti..z.l.sicuz doté.§. sin aũt insensissimo.ff.solu.ma.Sz q̃n neptis bz auum z prez diuites pus bz petere alimẽta a pre quã ab auo. vt tradit Ly.z Sali.post in.l.ij.C.ꝺ ale.liber. z tenet Bar.in.l.pr.ff.ꝺ liber.agnos.g idẽ i dote z hoc expsse sentit Ly.z Sali.in.d.l.ij.z expssi Frã.ꝺ are. in.d.consi.in col.allegata. Scõ ꝑmitte q̃ ꝓ donationẽ z sic p titulũ lucrat nõ põt in effectu diminuere legittimã filijs.z sic multo min in totũ tollere mõ tali titulo alienet pr bona sua i aliquẽ extrancũ mõ in vnũ filiũ in fraudẽ legittime portiõis alioz filioz quia si ista alienatio seu donatio ẽ inofficiosa põt postea reuocari vsqz ad legittimã filioz fm nota.in.l. j.z in.l.si liqueat.q̃ glo.z docto.C. de inoffi.dona.z i auẽ. vide z si parẽs.vbi ẽ tex.C.de inofft.testa.per Bar.in.l.tricia.§.imperator.ff.dcie.ij.sicuz tñ ẽ pticulũ onerosum.vt puta vẽditiõis.nã tunc regulariter filij nõ pnt reuocare alienata vsqz ad cozp legittimã glo ẽ nota.i.j. z ibi Bar. in fi.vbi ctiã alij docto.C. siqd in frau.patro.Bar.in.l.non vsqz adeo.ff. siqs appa.sue.manu..docto.maxime.moderni in.§. itez siqs i frau.insti.de actio. z hoc mõ põt dari cautela q̃ parẽtes pnt priuare filios legittima fm Dy. z Bar.in.l.hereditariũ.pillũ tex.ff.ꝺ bonis auct.iudi.posq̃ dicit q̃ pr.vẽdẽdo oia bona z,pmittẽdo tradere post mortẽ põt puare filios legittima in totũ:eo q: legittima ꝺbeat pus omnia alieno deducto.l. papinian.§.q̃rta.z.§.qm̃ autez q̃rta.ff. ꝺ inoffi.testa. hoc idẽ tz Bar.in.l.cũ emãcipati.§.illud.ff.de colla.bono.Bal.in.d.§.qm̃ autẽ quarta.z in.l.j.C. de inoffi.dona.Jason in.d.auẽ.vñ z si parẽs.in.iij.no. z in.l.ait ptor.§.lz z sigs in frau.j. col.ff. ꝺ iurciurã. dicit tñ Bar.in.d.locis.q̃ doctores debẽt multum cauere adando tale cõsiliũ pri.tu autẽ aduerte q̃ nõ sufficeret pr̃ez cõfiteri in instrumẽto se recepisse pcũ quia tali confessioni non extaret in preiudicium legittime nisi actualiter probaretur de reali numeratione pecij. ita tenet singulariter Joan.de plate.in.§. siquis in frau. quem refert z sequitur. Bart. vero in cautela. xxxvj. confirmatur : quia si in testamento confitetur se esse debitorem alicuius non statur tali confessioni in preiudicium legittime filioz alias daret materia fraudandi filios legittima sua.ita Bar.

in.l.cũ quis decedẽs.§.codicillis.circa mediũ.ff. ō le.ij.z clarꝰ Jo.an.in addi.ad speculũ.§.nũc videndũ.v.sed numquid patris cõfessio.in ti.de confessis. Anto.de butri.in.c.q̃uis.in.iij.col.z ibidẽ.d.Abb. de re iudi.ō.Alex.in primo voluminꝫ cõsilioꝝ.cõsi. xlvj.incipit.Habita sup hijs in vltima col.v.p hoc facit.z in qnta pte cõsi.cxliij.incipit.Also z cõsidera to themate.j.col.v.z ita vult Speculatoꝛ.z in tertio volumine cõsi.xviij.incipi.Consideratis hijs q̃ thema te narranꝫ.in pn.z i quarta pte cõsi.xviij.incipi. nõ minuꝫ legittima.hoc idẽ tenet.d.Jason.may. in.l.j.in.ij.col.vbi pulchre z copioſe logt:ff. de eo.p quẽ factũ erit vbi omnimodo videatis.z adeo talꝫ cõ fessio patris nõ p̃iudicat filijs respectu legittime etiã si a patre fuerit iurata.ita tz Speculatoꝛ in ti. ō cõfessio.in.§.nũc videndũ.v.sed nũqd pr̃is cõfessio sentit Bar.in.ō.l.codicillis.firmat.ō.Alex.in qnta pte cõsilioꝝ.cõsilio supra allegato.incipi.Also z cõsi derato themate.p̃mitte tertio.q̃ si habeo tres filios z vnam filiam z eam nuptui tradidi z sibi constitui noĩe dotis vltra legittimã portionẽ suã quã in bonis meis post mortẽ meã sperabat z vltra tertiũ z qntũ bonoꝝ meoꝝ.vt cũ haberẽ in bonis centum tm̃ sibi cõstitui noĩe dotis septuaginta.z sic excedit dicta do tis cõstitutio legittimã alioꝝ triũ fratrum si bene cõ putes q̃ hoc casu q̃dũ durat matrimonium post mortẽ meã pr̃is dotãtis alij fratres nõ possunt reuo carẽ dictã dotẽ vsq3 ad legittimã.z ẽ rõ:q̃ maritus cõstante matrimonio dr̃ hẽre.dotẽ.ex causa onerosa l.p oneribus.z ibi no.Bar.C.de iure doti.l. ex pro missiõe.ff.de actio.z obliga.z.l.j.§.fi.z ibi Bar.C. de iure doti.z p causam onerosam pr̃ põt p̃iudicare filijs suis in legittima.vt fuit tã dictũ in scõo euidẽti alu.supra.Sz soluto matrimonio z dote redita vxo ri bene poterunt fratres reuocare a sorore illud qõ habet vltra legittimã z tertiũ z quittũ:q̃ tũc cuz ods redit ad filiã a pr̃e dicit hẽre tn.d. dote causaz lucra tiuã.tex.est cũ glo.in.l.meuia.§.j.vbi docto.ff. solu. ma. z.d.l.j.§. fi.C. de iure doti.in.l.fi.§.si a socero. ff.de hijs que in frau.credi.z p titulũ lucratiuum pr̃ nõ p̃iudicat filijs in legittima.ſ. bona sua vltra legit timã vni filioꝝ donando vt dictũ fuit in supiore ,pri mo euidẽtia. Facit ,p hoc qõ dicit Bal.i.l. qñ nouella.in.v.regula.C.de inoffi.testõ. vbi ipe dicit. q̃ illud qõ acq̃rit filius ex titulo nõ lucratiuo:sz ex ti tulo oneroso nõ venit in collatiõe allegat.l.j.§.ne ca strẽſe.v.hoc etiã ,ppt̃ oneraz̃.de colla.bono. Tertio facit illud qõ singulariter dicit Bar.in.ō.§.si a socero.vbi ipe dicit hec verba. Tu scis q̃ pr̃ nõ põt donare filio spurio modo p̃byter maritauit quandã filiã suã spuriã modo consanguinei voluũt reuocare post mortẽ.ego dixi q̃ a viro non poterat reuocari: q̃ hz ex titulo oneroso:sed postq̃ ad mulierẽ ẽ reuer sa dos põt reuocari:q̃ ip̃a habz ex titulo lucratiuo.z hoc idẽ refert z sequit̃ ibi Ange.cũ hac determina tiõe trãslt ibi.ō.Alex.in aposti.ad Bar.refert z seq tur Jason in.§.siqs in frau.in.v.col.instit. de actio. hoc idẽ dixit Bar.in.l.meuꝰ.§.duobꝰ.in.xj.col.v. tertio.quero ego sum obligatus mulieri vbi latiꝰ log tur.ff.de le.ij. sentit Bal. in.l.ij.z ibi Salice.C. de reuo.bijs q̃ in frau.credi.refert z segt̃ Ange.ō are. in.§.si res aliena. in.ij.col. insti.delega. Quarto facit tex.in.ō.l.fi.§.si a socero. ibi in maritus autẽ q̃ ignoraut nõ dandã actionẽ nõ magis quã increditoꝛẽ.z ibi quidã existimãt in filiã dandã actioncz.ff. ō bijs q̃ i frau.credi. vbi pzq̃ creditoꝛibꝰ pr̃is nõ da tur actio reuocatoria contra maritũ constãte matri monio ex eo,quia talis maritus dicit̃ bñe dotem.ex titulo oneroſo sz dote reuersa ad vxorẽ bene cõpetit creditoꝛibꝰ actio reuocatoria cõtra vxorẽ:q̃ tunc dr̃ bñe vxoꝛ dotem ex titulo lucratiuo. Quinto facit qõ dicit Bal.in auc̃.ex testõ.in vltima col.v.quarto quero.C.de colla.vbi dicit bal. q̃ ita demuz filia q̃ hz dotẽ excessiuã cõpellat̃ ꝓferre eã qñ ẽ heres pa tris vlls alꝫ si abstiñt ab hereditate pr̃is z vlt ee cõtẽ ta dote sua nõ compellatur cõferre allegat tex.l.fuit q̃stiõis.ff.de collat. Pro hoc pondero tex.z.vj. a nemie põdera.i.ō.l.fuit q̃stiõis.ibi q̃ nõ tm̃ datũ apud maritũ remanebit.ecce ibi tex. clare ,pbãtẽ q̃ ita demũ frẽs nõ p̃nt cõsequi aliquid ex dote qñ filia non vult succedere pr̃i.z quando dicta dos extat pe nes maritũ a cõtrario q̃ sensu qñ dicta dos non extat penes maritũ sz penes vxorẽ z sic soluto matrimonio videt̃ q̃ fratres p̃nt eõsequi aliqd ex dicta dote soro re in vita. Sz cõtra p̃dicta facit tex.in auc̃. vnde z si parẽs.C.de inoffi.testõ.z ibi exp̃sse Pau.ō ca. in.iij.col.vbi dicit tex.q̃ si pr̃ imẽsã fecit donationcz vni filioꝝ q̃ tenet̃ alijs fratrib9 supplere legittimam etiam si se vellet abstinere ab hereditate patris. z ibi Pau.de ca.dicit q̃.ō.l.fuit q̃stionis.Dz intelligi qñ filij habebãt integrã legittimam adeo q̃ nõ erat ne cessaria suppletio alꝫ etiaz si filiꝰ vellet abstituere se ab hereditate pr̃is nõ audiret quo minꝰ suppleat alt oꝝ fratrũ legittimã. Sed volẽdo substinere ea q̃ su pradicta sunt possumꝰ rñdere.q̃.ō.auc̃. nõ cõtraria tur imo cõcordet.nam ibi ideo nõ audit̃ ille q̃ imen sam hz donationẽ etiaz si se vellet ab hereditate pr̃is abstinere q̃ ibi illud qõ excedebat legittimam alioꝝ fratrũ fuit in vnã filioꝝ collatũ titulo lucratiuo.ſ.titu lo donatõis.vt clare ,pbat tex.i.ō.auc̃. vñ z si pr̃es.

